



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Acta Ecclesiæ Mechliniensis, Anni M. DCC. XVIII. Circa
Bullam Unigenitus**

Archidiocèse <Malines>

Bruxellis, [1719]

Exemplar Epistolæ Amplissimi Domini Præpositi, & Vicarii Generalis
Excellentissimi ac Reverendissimi Domini Archiepiscopi Mechliniensis in
Abbatiâ Affligheniensi, Mensæ Archiepiscopali unitâ, ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-40699

EXEMPLAR EPISTOLÆ

Amplissimi Domini Præpositi, & Vicarii Generalis Excellentissimi ac Reverendissimi Domini Archiepiscopi Mechliniensis in Abbatia Affligheniensi, Mensæ Archiepiscopali unitâ, Reformationis Ordinis Sancti Benedicti.

Excellentissime, ac Reverendissime Domine

Epistola Pastoralis ab Excellentia Vestra, vero Pastore emanata, corda nostra inenarrabili lætitia replevit. Ex illâ enim innotuit, membra tam illustris Capituli dignissimo suo Capiti felici concordia adunata. Lætitiam adauxerunt Literæ ab Excellentiae Vestrae Secretario D. de Ruddere ad Nos 4. hujus datæ, è quibus cognovimus R.R. Adm. D.D. Pastorum zelum, qui Pastoris sui voci obaudientes, magnis & honori & favori sibi duxerunt, suâ sponte posse Literæ Pastorali suprà laudatæ, & numquam satis laudandæ subscribere. Nos Excellentiae Vestrae non minoris submissionis vinculo colligati, eamdem humillimè expetimus gratiam. Non quòd tenuitatis Nostræ immemores, viris eruditione & experientiâ consummatis, Nos æquiparare præsumamus, sed ut testimonium in veritate non ficitâ Nobis perhibere liceat debitæ observantiæ, & omnimodæ obedientiæ, tûm ergâ Sanctissimum Patrem nostrum Clementem XI. Summum in Terris Christi Vicarium, per cuius os Dominus locutus est, tûm ergâ Excellentiam Vestram, Pastorem nostrum vigilantissimum. Liceat ergo perman-

amantissimum Patrem filiis demonstrare, nullat
Nos velle communionem cum Sanctæ Ecclesiæ per-
tinacitèr rébellibus, Pastorali Excellentiaæ Vestrae
Epistolæ subscribendo. Ejusdem tamen Excellentiaæ
Vestrae vestigiis inhærentes, & charitatem
æmulantes, Patrem lumen deprecamur, ut ho-
mines errori subjectos, & ad sobrietatem non sa-
pientes, gratiæ suæ radiis illustret, ut ad unitatem
Ecclesiæ reversi, ejusdem summi Speculatoris Bul-
lam *Unigenitus* amplexentur, & ulterius *Unigeniti*
Filii Dei, Domini Nostri Jesu Christi tunicam scin-
dere abstineant. Hoc voentes profundissimâ de-
missione subscribimus & huic Epistolæ, & (si per
Excellentiam Vestram liceat) Epistolæ Pastorali.
Excellentissime, ac Reverendissime Domine, Ex-
cellentiaæ Vestrae Humillimi, & obedientissimi Fa-
muli, & subditi. *Erat signatum.*

Fr. Odo Præpositus.

F. Gregorius Baston Supprior.

F. Petrus van Hove senior.

F. Æmilianus de Wyse Scriba Capituli.

F. Rupertus Fariseau Cantor.

F. Maurus Lanen Cantor.

F. Amandus Ebberecht.

F. Hieronymus de Wolf Syndicus.

F. Ambrosius Appelman Sacrista.

F. Radulphus Crucken Novitiorum Director.

F. Norbertus le Riche Æconomus.

F. Godefridus Collier Hospitalarius.

F. Columbanus Pauwelaut Infirmarius.

F. Benedictus de Zuttere.

F. Dominicus van Meerbeeck.

F. Franciscus Baetselier.

F. Placidus Limnander.

F. Josephus de la Court.


F. An-

F. Anselmus de Pestere.

F. Bernardus Verspecht.

Actum in Capitulo Affligheniensi 8. Novembris 1718. sic est quod attestor.

F. Æmilianus de Wyse Scriba Capituli.



EXEMPLAR EPISTOLÆ

*Admodum Reverendi Domini Prioris,
& Religiosorum Abbatiae Affligenien-
sis in Prioratu Wavriensi commoran-
tium.*

Excellentissime, ac Reverendissime Domine

NOs Prior, & cæteri Religiosi Affligenenses Ordinis Sancti Benedicti in Prioratu Bass-Wavriensi residentes, concordantes Confratribus nostris Affligeniensibus, ut manifesta sit debita, & omnimoda Nostra reverentia, & obedientia erga Sanctam Sedem, & Summum Christi in Terris Vicarium (per cuius os Dominus locutus est & ex quo infallibiles morum, doctrinæque Regulas omni submissione suscipimus) declaramus, Nos Constitutionem Sanctissimi Patris Nostri, quæ incipit, *Unigenitus Dei Filius ambabus ulnis, corde, & ani-
mo amplexari, & Epistolæ Pastorali tantis zelo,* religione, & sapientia ab Excellentia Vestra emanata, profundissimam veneratione subscribere, protestantes nullam Nos communionem velle cum Ecclesiæ Capiti perduellibus, donec resipiscant, & præfatæ Constitutioni omnimodè, & absque furo se subjiciant, potestati à Deo constitutæ non